

Menschen der Renaissancezeit

Schülerleben

Deductio ad ludum (aus Juan Luis Vives, *Exercitatio linguae Latinae*)

Pater, Philoponus ludi magister, puer, Propinquus

PA. Quaeso, mi Propinque, tu qui es versatus in studiis litterarum: ecquis est in hoc gymnasio optimus institutor puerorum?

PR. Doctissimus quidem Varro, sed diligentissimus et vir probissimus Philoponus nec eruditionis aspernandae. Habet Varro scholam frequentissimam et domi numerosum gregem contubernalium. Philoponus non videtur delectari turba, paucioribus est contentus.

PA. Hunc malo. Ellum in porticu gymnasii inambulanti. Fili, hoc est formatorium et quasi officina hominum et hic artifex formandi. Adsit tibi Christus, magister! Aperi caput, puer, et flecte poplitem dextrum, sicut es edoctus; sta iam rectus!

PH. Prosperus sit nobis omnibus tuus adventus. Ecquid rei est? *PA.* Hunc filiolum meum ad te adduco, ut ex belua hominem facias.

PH. Dabo in eam rem operam sedulam; fiet: revertetur ex pecude homo, ex nequam frugi et bonus; id vero ne dubitaveris!

PA. Quanti doces? *PH.* Si puer bene proficiat, vili; sin parum, caro.

PA. Acute hoc dicis et sapienter, ut omnia. Partiamur inter nos igitur hanc curam: tu, ut sedulo instituas, ego, ut benigne compensem tuam operam.

(*Lat. Schülersgespräche, edd. Lore Wirth-Poelchau u. Wolfgang Flurl, Bamberg: Buchner 1992*)

versatus in bewandert in. *ec-quis* etwa einer. *con-tubernalis* Zeltgenosse; Mitbewohner; h. Mieter. *ellum* (en illum): ~ ecce illum. *poples, -itis m.* Knie. *nequam* nichtsnutzig; indeklinabel wie *frugi* tüchtig. *quanti/vili/caro* Gen. und Abl. pretii.

Euntes in ludum (aus den *Colloquia familiaria des Erasmus v. Rotterdam*)

Sylvius. Ioannes

Syl. Cur adeo curris, Ioannes? *Ioan.* Cur lepus, ut aiunt, pro carnibus?

Syl. Quid hoc proverbii est?

Ioan. Quia, nisi adfuero in tempore, ante recitatum catalogum, actum est de pelle mea.

Syl. Hac quidem ex parte nihil est periculi. Modo praeterita est quinta. Inspice horologium: manus nondum attigit punctum, quod horam ab hora aequis spatiis dirimit.

Ioan. At ego vix habeo fidem horologiis. Mentiuntur nonnumquam.

Syl. At mihi fide, qui campanae vocem audivi. *Ioan.* Quid loquebatur? *Syl.* Horam esse quintam

Ioan. Sed est et aliud, unde magis etiam timeam. Reddenda est memoriter hesternae lectio, satis prolixa. Vereor, ut possim.

Syl. Commune periculum narras. Nam et ipse vix satis teneo.

Ioan. Et nosti praeceptoris saevitiam. Omnis illi noxia capitalis est. Nec magis parcat nostris natibus, quam si corium esset bubulum.

Syl. Verum is non aderit in ludo. *Ioan.* Quem igitur vicarium constituit? *Syl.* Cornelium. *Ioan.* Strabum illum? Vae nostris natibus. Is vel Orbilio plagosior est.

Syl. Verum dicis, et ideo non raro sum illius brachio precatus paralyticus.

Ioan. Non est pium imprecari praeceptoris. Nobis potius cavendum, ne incidamus in illius tyranni manus.

Syl. Reddamus inter nos vicissim, altero recitante, altero codicem inspiciente. *Ioan.* Pulchre mones. *Syl.* Fac praesenti sis animo. Nam metus officit memoriae.

Ioan. Facile deponerem pavorem, si non adesset periculum. At in tanto discrimine, quis posset esse securus animo?

Syl. Fateor, sed tamen non agitur de capite, sed parte diversa.

lepus, -oris m. Hase; erg. *currit. quid hoc proverbii est* was soll dieses Sprichwort. *prolixus* lang. *noxia* Schuld, Verbrechen. *nates f.* die Hinterbacken. *corium bubulum n.* Rindsleder. *plagosus* schlagfreudig. *vicissim* gegenseitig
(aus *Fam. coll. ed. Lore Wirth-Poelchau, Reclam 1982*)

Accasatio Latinitatis omissae (aus den *Colloquia des Maturinus Corderius*)

Carolus et Quintinus

CA. Aduistine matutinae precationi? QU. Adfui. Tu vero, ubi eras?

CA. Iveram ad patrem in cauponam. QU. Quid eo?

CA. Heri vesperi iusserat, ut se convenirem bene mane.

QU. Qui ausus es tam mane prodire idque inconsulto praeceptore?

CA. Heri veniam impetraram, antequam iretur cubitum. Sed dic mihi, quid ille a precatione palam admonuit?

QU. «Audiui», inquit, «esse inter vos, qui saepe numero Germanice fabulentur, et nemo interea vestrum mihi quicquam indicat. Quod est argumentum consensionis omnium in eodem peccato.» Haec fuit accusationis summa; deinde in eam sententiam multa dixit, quae meminisse non potui.

CA. Sed quae tandem fuit conclusio?

QU. «Quamobrem», inquit, «admoneo vos, ut alius alium ad Latine loquendum cohortemini diligenter et eorum nomina, qui parere noluerint, ad me quam primum deferatis, ut huic malo remedium adhibeam.»

CA. Nullum igitur verbum licebit afferre Germanicum?

QU. Quantum ex verbis eius colligere potui, non ita rem intellegit. Non enim, ut scis, usque adeo est severus exactor, ut statim puniat, si cui verbum aliquod inter colloquendum exciderit.

CA. Aliquotiens, ut memini, palam dixit edictum suum ad eos demum pertinere, qui, cum Latine sciant, tamen semper latibula quaerunt, ut Germanice fabulentur idque de rebus ineptissimis.

QU. Ea est quorundam pertinacia, ut malint saepissime vapulare repugnando praeceptis honestissimis quam laudari atque etiam diligere obsequendo.

CA. Meministi audire ex ipso praeceptore: *Nitimur in vetitum?*

QU. Memini, atque adeo est verissimum. Tamen qui doctrinam Christi libenter amplectuntur, non studio peccant neque malitia.

CA. Istud praestat verus ille timor Domini.

QU. Tales igitur, quoad licet per naturae infirmitatem, sedulo cavere nituntur, ne quid scientes faciant, dicant aut cogitent, quo Deus offendatur. [...]

(*Lat. Schülersprache, edd. Wirth-Poelchau u. Flurl*)

Latinitas h. das Lateinsprechen. *preca-tio* Gebet. *iveram* ~ (klass.) *ieram*. *caupona* Gasthaus. *bene mane* in aller Frühe. *in-consulto* ~ non consulto/rogato. *fabulari* ~ loqui. *interea* h. (je) doch. *in eam sententiam* ~ eius modi. *potui* statt *possum*. *conclusio* Schluss(folgerung). *colligere ex* h. entnehmen aus. *ex-actor*: Aufseher. *ali-quotiens* einige Male. *demum* nur. *lati-bulum* (zu *latere*) Versteck. *ea* ~ *talīs*. *pertinacia* Hartnäckigkeit. *repugnare* sich widersetzen. *atque adeo* und sogar. *amplecti alqd* ~ *studere alci rei*. *studio* (Abl.) absichtlich. *praestare* h. *praebere*. *quoad* ~ *quantum*.

Aus der Brieger Schulordnung von 1581

De officiis scholasticorum generalibus: **VI** Pugiones et alia quaecumque arma ad nocendum comparata neque in publico neque in Schola gestent; nullas rixas moveant; simultates fugiant; non dimicent; non se mutuo ad pugnam provocent [...]; neminem feriant et laedant; neque in civium hortos conscendant. **VIII** Vesperi hora nona postquam signum publicum datum fuerit, omnes Scholastici domi sint. Ab eo tempore inventi in plateis, discursationibus et vociferationibus civium turbantes a vigilibus publicis in carcerem Oppidi, donec lucescat,

ducendi sunt et Rectori indicandi. **IX** Ad Rectorem neque agminatim neque turbulente accedant. **X** Aestivo tempore lavandi causa neque Oderam neque stagna et aquas (insignium periculorum vitandorum causa) ingrediantur. Hiberno tempore neque massis niveis quemquam petant neque in glacie corpus ad decurrendum incitent [...]. **XIII** Ad tabernas vel alia loca, [. . .] in quibus luxui, potationibus et lascivis choreis indulgetur, [...] non accedant. **XIV** A nuptialibus choreis, publicis civium congressibus et conviviis Scholastici absint. **XV** Piscationes, aucupationes et columbarum interceptiones, quae scholasticis minime conveniunt et eorum ordinem deformant, summo opere vitent. **XVI** Ab aleae, tesserarum, chartarum et omni lusus genere Scholasticis non convenienti (et turpis lucri causa instituto) omni modo abstineant. (Gustula, Lat. Lesebuch, hrsg.v. K. Weddigen, Klett Stuttgart 1989)

pugio, -onis m. Dolch. *rixa* Streit. *simultas, -atis f.* Feindschaft. *mutuo* gegenseitig. *ferire* schlagen. *discursatio, -onis f.* Herumtreiben. *aestivus* Adj. zu *aestas*. *Odera* die Oder (Brieg liegt an der Oder). *stagnum* See, Teich. *hibernus* winterlich. *niveus* aus Schnee. *potatio, -onis f.* Sauferei. *lasciva chorea* ausgelassener (ev. auch unanständiger) Tanz. *aucupatio, -onis f.* Vogelfang. *alea* Würfel, Brettspiel. *tessera* Würfel.

Auch Frauen dürfen lernen

Juan Luis Vives, De institutione feminae christianae: De doctrina puellarum

[...] Sunt multis suspectae doctae feminae, ceu malitiae naturali accedat adiumentum astutae eruditionis; quasi vero non et viri eadem condicione suspecti esse debeant, si astuta eruditio pravo ingenio addatur. Sed doctrina, quam ego toti humano generi velim proponi, sobria est et casta, quae instituat et meliores reddat; non quae ad pravas animi libidines vel armet vel instiget.

[...] Adderem huic numero [...] Thomae Mori filias, Margaritam, Elisabetam, Caeciliam atque earum consanguineam Margaritam Gigiam. Quas pater non contentus esse castissimas, etiam doctissimae ut essent curavit; sic fore iudicans, ut verius firmissime essent castae. In quo nec vir ille sapientissimus fallitur, nec alii qui idem censent. Res enim est litterarium studium, primum quae mentes hominum occupat totas, deinde in cogitationem attollit pulcherrimarum rerum, ut a turpitudinum cogitationibus avocet animos. Et si qua talis cogitatio obrepat, vel eam statim praeceptis ac consiliis bene vivendi munita mens pellit, vel aurem non praebet rei abiectissimae ac spurcissimae, cum alias ipsa purissimasque, solidas et maximi decoris voluptates habeat, quibus ducatur.

[...] Sed quoniam sint istae litterae, quibus femina formabitur, quaeret aliquis, et quas imbibet. Initio disputationis huius id attigi: sapientiae studia, quae mores ad virtutem fingant; studia sapientiae, quae rationem doceant optime et sanctissime vivendi. De eloquentia nihil sum sollicitus; non indiget ea mulier, probitate ac sapientia indiget. Nec turpe est, feminam tacere. [...]

[...] Cum docebitur legere (puella), ii libri sumantur in manus, qui mores componant; cum scribere, ne sint otiosi versus, qui ad imitationem proponuntur, nec lasciva quaequam aut vana cantuuncula, sed grave aliquod dictum, prudens et sancta ex litteris sacris aut philosophorum monumentis sententiola, quam saepius scriptam tenacius memoriae affigat. Et in discendo quidem nullum ut viro sic neque feminae finem statuo, nisi quod virum plurimum et variarum rerum cognitione instructum esse par est, quae et ipsi prosint et rei publicae tum usu tum etiam eruditione in alios transfundenda et propaganda. Mulierem totam esse volo in ea parte philosophiae, quae mores sibi formandos sumpsit ac meliores reddendos. Ad hoc sibi uni discat, vel ad summum liberis pueris adhuc aut sororibus in Domino. Neque enim scholis praefici feminam decet nec inter viros agere aut loqui et verecundiam pudoremque in publico excutere, dum alios docet. Quam si proba sit, domi sedere potius et aliis incognitam esse convenit, in coetu vero demissis oculis pudibundam tacere, ut videant quidem eam sane nonnulli, audiat nemo. [...]

(gekürzt aus: *Femina docta*, AU 35,6,1992)

ceu wie wenn. *astutus* schlau. *pravus* schlecht. *sobrius* vernünftig. *consanguineus* Blutsverwandter. *obrepere* heranschleichen. *abiectus* verworfen. *spurcus* schmutzig. *lascivus* zügellos. *quispiam* ~ aliquis. *vanus* leer, eitel, unbedeutend. *tenax* fest. *soror in Domino* Mitschwester im Kloster. *verecundia* Schüchternheit. *puđibundus* schamhaft

Olympia Fulvia Morata, eine echte femina docta

Aus einem Dialog der Olympia mit Lavinia della Rovere

Lavinia Ruverensis Ursina et Olympia Morata colloquuntur.

LAVINIA: Semperne libros evolves, Olympia, nec ullum remittes tempus? Relaxandus erat nonnumquam animus, ut deinde ad haec te studia referres. Tum enim animus, cum se collegit atque recreavit, celerius arripit, quod docetur. *OLYMPIA:* Sunt ista vera, Lavinia, sed ego illi assentior, qui omne tempus amitti dicebat, quod in studiis non consumeres. [...] *LAVINIA:* Audivi de tuis praeceptoribus, quantum laboris et operae in his consumpseris; et mea quidem sententia sapienter fecisti, si, quantum ceteris ad capillum componendum et se ornandum, quantum ad alias voluptates et ad ipsam animi requiem conceditur temporis, tantum tibi tute ad haec studia recolenda sumpsisti. Hoc autem mihi maximam admirationem movet, quod, cum esses puella, tamen neque hortatu muliercularum neque virorum impulsis (qui clamitabant alia munera tibi obeunda fore, neque virum tibi inveniri posse, qui te doctam quam ditem mallet) umquam a tua sententia discesseris. *OLYMPIA:* Ego sane, cum etiam atque etiam diligenter considerarem, nullam aliam causam reperire potui, quam Ceo^o metā possin |keito me his studiis operam dedisse. Ille mihi ingenium et hanc mentem dedit, ut studio discendi adeo incensa fuerim, ut nemo me ab his deterrere potuit. Nam ille omnipotens est omnium oratorum optimus, qui nulla dicendi arte mentes nostras, quo vult, deducit. Quare haec omnia eius nutu atque consilio gesta sunt, neque vero quicquam temere aut imprudenter facit. [...]

Lavinia Hofdame am Hof von Ferrara, lebenslängliche Freundin Olympias. *remittere tempus* ausruhen. *temporis* abhängig von quantum. *tantum* erg. temporis. *tute* verstärktes tu. *sane* freilich. *theu meta possin ekeito* es liegt bei den Füßen Gottes; (ungenau) Zitat aus Homer. *nutus, us m.* Wink, Wille

Aus einem Brief der Olympia Fulvia Morata an Kilian Sinapius

Olympia Morata Chiliano Sinapio S. D.

[...] Tuae itaque litterae mihi gratissimae fuere, cum quia ex ipsis benevolentiam tuam erga me facile perspexi, tum quia me vehementer ad studia politioris humanitatis hortari visus sis; quod quidem mirificam mihi attulit voluptatem. Nam istis studiis nihil hominum generi a Deo immortalis datum esse melius neque praestantius semper in animum induxi meum, praesertim cum animus noster, qui nobis ex sempiternis illis ignibus (licet enim mihi quoque apud te philosophari), quae sidera et stellae vocantur, a Deo optimo maximo datus est, nulla re magis quam litterarum scientia excolatur cumque nulla re alia ceteris animalibus praestemus. Cum tantum ergo litterae inter ceteras res humanas excellant, quae quaeso me muliercularum fusa et acus (ut tu ais) a mansuetioribus Misis avocare potuerunt? Quid colus et fusa valebunt ad persuadendum mihi hoc, de quo non loquuntur? An fortasse illa vilissima munera per se illecebras aliquas prae se ferunt?

*cum...tum...*sowohl...als auch besonders; ... und besonders. *studia politioris humanitatis* die Studien der feineren Bildung. *tantum* so sehr. *fusum n.* Spindel. *acus -us f.* Nadel. *mansuetus* friedlich, friedliebend. *colus* Spinnrocken. *illecebrae* Verlockungen, Reize.

Ein Brief an den Verlobten Andreas Grundler

Valde doleo te a me discedere et tam diu abfuturum; nihil mihi neque molestius neque gravius accidere potuisset. Licet enim te interdum non videam, tamen non tot sollicitor curis, quot cum abes; nam semper timeo, ne aut cecideris, aut alseris aut perfregeris aliquid. [...] Nosti illud: *Res est solliciti plena timoris amor*. Quodsi me hanc sollicitudinem, qua semper te absente crucior, omittere voles, facies, si commode fieri poterit, ut intelligam, quid agas, qui valeas. [...] Velim, mi sponse, tecum essem. Tunc intellegeres planius, quanta esset magnitudo amoris erga te mei. Incredibile memoratu est, quam efflictim te depeream; nihil tam asperum neque tam difficile est, quod non cupidissime sim factura, dum tibi gratificer. Quare non est mirandum, si haec mora est mihi molesta, quoniam odit verus amor nec patitur moras. Quidvis aliud tua causa quam hoc facilius ferrem; proinde te obsecro perque tuam fidem te obtestor, ut manibus pedibusque obnixè omnia facias, ut hac aestate (ut polliceris) simus in patria. Si aequè me amas ut ego te, facies, sat scio. [...]

licet+ Konj. wenn auch, mag auch. *algeo (alsi)* erfrieren (Zitat aus einer Komödie des Terenz). *qui* wie. *celare* verheimlichen. *plane* völlig, deutlich. *efflictim te depereo* ich verzehre mich heftig nach dir. *dum + Konj.* wenn nur. *gratificari* sich gefällig erweisen. *quivis* jeder beliebige. *tua causa* (Abl.) deinetwegen. *proinde* deshalb. *obtestari* beschwören. *obnixè* beharrlich
(aus AU 35, 6/1992)

Basel als Humanistenstadt Erasmus von Rotterdam Trauer über den Tod Frobens

An Johann von Heemstede, Basel im November 1527

(...) Amici Ioannis Frobenii mors inopinata sic afflixit animum meum, ut maerorem nullis avocamentis potuerim eximere praecordiis. [...] Numquam enim antehac expertus sum, quantam vim haberet sincera amicitia ac mutuus animorum nexus. [...] Magis enim amabam illum ob liberalia studia [...] quam ob animum in me propensum moresque candidissimos. Quis enim tale non amet ingenium? [...]

Si quando nobis ac ceteris amicis ostendebat primas paginas magni cuiusdam auctoris, ut gestiebat gaudio, quae vultus alacritas, qui triumphus! Diceres illum iam tum totius operae fructum cumulatissime percepisse, nec aliud expectare praemium. Non hic attollam Frobenii laudes aliorum vituperatione. Nimis notum est, quos autores quam mendose, quam sordide excusos nobis typographi quidam etiam e Venetia Romaque miserint. Ex huius autem domo paucis annis, quae volumina quanta cum dignitate prodierunt!

maeror, oris m. Trauer. *avocamentum* Mittel zur Zerstreung, Ablenkung. *praecordia n. cor.* *mutuus* gegenseitig. *nexus, us m.* Verbindung. *magis* hier: noch mehr. *animus propensus* Zuneigung. *gestire* ausgelassen sein. *alacritas, atis f.* Fröhlichkeit. *cumulatus* aufgehäuft, reichlich. *mendosus* fehlerhaft. *sordidus* unsauber. *excudere* -(cudi, -cusum) ausschlagen, drucken.

(Erasmus v. Rotterdam und seine Welt, hrsg. v. H. Martius, Bamberg: Buchner 1968, S. 62)

Abschied von Basel: aus einem Brief an Willibald Pirckheimer, Freiburg, 15. Juli 1529

[...] Quemadmodum gaudemus discessisse, ita vehementer inviti discedebamus. Ante annos quindecim coepi cum ea civitate habere commercium, quam toties e Brabantia recurrens invisi; denique annos fere octo perpetuo illius hospitio sum usus commodo sane bonoque. Ibi Ioannes Frobenius obtigerat amicus; quo sinceriosem ne optare quidem a superis poteram. Nec alius erat in me totius familiae animus: unde et mea erga liberos benevolentia nihil illius morte est immutata. Proinde civitatem illam propemodum adoptaram in patriae locum. Nec ego, nisi fallor, illi fui gravis aut incommodus hospes; id quod navem ingressurus tetrasticho sum

testatus, quod aureus ille Bonifacius Amerbachius, qui profectionis fuit comes, suis tabellis excepit. Est autem plane nauticum¹, si libet audire:

Iam Basilea vale, qua non urbs altera multis
Annis exhibuit gratius hospitium.
Hinc precor omnia laeta tibi, simul illud Erasmo
Hospes uti ne umquam tristior adveniat.

commercium Verbindung, Verkehr, Umgang. *invisere* (-visi) besuchen. *obtigerat amicus* wurde mir als Freund zuteil. *proinde* deshalb. *propemodum* beinahe. *nauticum* Seemannsgedicht. *exhibere* praebere. *simul* ergänze precor. *Erasmo* Abl. comp. *uti* = ut (*Humanisten der Renaissancezeit* v. H. Martius, Bamberg: Buchner 1970, S. 46)

Der 12-jährige Bonifacius Amerbach schreibt an seinen Vater

Carissimo et pientissimo genitori meo Domino Joanni Amorbachio, Basileorum amplissimo civi Filiali salutatione praemissa, carissime pater, rogo te velis mittere nobis Gramaticam Francisci nigri, quam habuerunt fratres mei dilectissimi in schlstat. Nos volumus uti ad nostrum studium. Noster paeceptor habet unam, quae impressa est Veneciis, sed vellemus libenter unam propriam habere. Quam velis mittere nobis etc. Adamande pater, nos exspectamus adventum tuum. Cum pulchra aura fuerit, iam in festivis diebus veni ad nos et videbis, quid legamus et studeamus. Optime et laetissime vale. Saluta mihi matrem pientissimam et dilectissimam.

Datum ex Engental sabbato ante pentecosten anno MDVII. Carissimus tuus filius Bonifacius.
(aus *Basilea Latina* ed. A. Hartmann, Lehrmittelverlag Basel-Stadt, 1931, S. 158)

Thomas Platter benachrichtigt seinen Sohn vom Tod der Schwester

Felici Platero, filio suo carissimo. gan Rötelen.

S. Gaudeo, mi fili, te valere; ego quoque cum matre, quod corpus meum attinet, recte valeo, sed animo propter obitum filiae carissimae, tuae sororis amantissimae tristissime vivo, et nullum propemodum praeterit momentum, quo non ipsius recordatione suspiria ducam, ut taceam, quoties lacrimas fundam. Nam ita dolui, ut pudeat meum tantum luctum omnibus civibus fuisse in ore. Ach min lieber sun, du weist nit und kanst noch nit wissen, wie we einem vatter eines lieben kins abscheid thut von diser zit. Et nisi me Dominus sustentasset suo verbo, obiissem credo maerore. Sed is misit suum consolatorem, spiritum sanctum, qui me docuit id, quod pie scribis, bene a Domino cum illa factum, quae multis periculis sit liberata. Quiescat ergo in Christo, in quo etiam extrema die resurget in congregatione omnium sanctorum. Addam adhuc verbum, quantum quidem per lacrimas licebit. Cum iam iam Domino redditura esset animam, vocat me et matrem; accessimus. Complexa utrosque artissime his verbis: «Bhüt üch got, min hertz lieber vatter vnd min liebe mutter, und gnadent mier min hertz lieben brüderlin.» Ach min lieb kind, wie dat mier do min hertz so we, do mich min lieb kind zu letsin so drüwlich kust. Statim post iussit, ut dem bibendum. Plura non possum scribere. Sanctissime et constanter in Christum Iesum sperando obdormivit. Ach got, min lieber Felix, min kind, wie hedt mier das wider in die stadt gan so we gethan. Honesto funere ab amicis in urbem reportata est. Ach got, wie hat der her min huss so woll gewischt. Quam doluit mihi deinde semper te scribere «Saluta Ursulam» etc., cum illa defuncta esset neque auderem tibi dicere. Quare magnopere me recreasti tuis litteris, quibus te aequo animo casum hunc accipere declaras, quando a Deo factum esse certo scias. Praeterea me quoque et matrem consolaris; quam ob rem tibi gratias ago et, si quid ad nostrum amorem accedere potest, etiam magis amo [...]

Datum Basileae, 7. Iulii (1551). Tuus pater.

Am Rand: Litterae tuae iam bis apertae mihi sunt redditae; nescio, qui istud fiat. Vale, Felix, felicissime, et cura diligenter te tuamque valetudinem, si me amas.

Rötelen zum dortigen Landschreiber hatte der Vater seinen Sohn geschickt, um ihn vor der Pest zu schützen. *attinet* es betrifft. *recordatio, -onis f.* Erinnerung. *suspirium* Seufzer. *sustentare* helfe *quando* hier: da ja. *qui* wie
(*Basilea Latina*, S. 179f)

Personenverzeichnis

Juan Luis Vives, 1492 in Valencia – 1540 in Brügge, Verfasser von Schriften philosophischen, sozialen (er empfahl eine staatliche Armenfürsorge), politischen und v.a. pädagogischen Inhaltes. *De institutione feminae Christianae* (1523) war der englischen Königin Katharina (einer spanischen Prinzessin) gewidmet. Dank dieser Schrift erhielt Vives eine Professur in Oxford, die er allerdings verlor, als er sich im Streit um die Ehe Heinrichs VIII. mit Katharina auf die Seite der Königin stellte. Das Werk *Exercitatio linguae Latinae* (1539), das 25 Dialoge umfasste und dem spanischen Prinzen Philipp (dem späteren spanischen König Philipp II., dem Erbauer des Escorial) gewidmet war, war ein grosser Erfolg: In Deutschland wurde es von 1549 bis 1782 benützt.

Erasmus von Rotterdam, 1469–1536, illegitimer Priestersohn. Nachdem er mit etwa 14 Jahren beide Eltern verloren hatte, wurde er in ein Augustinerkloster zur Ausbildung gegeben. Er begeisterte sich schon in der Lateinschule für die wiederentdeckten antiken Autoren, ohne darüber die Theologie zu vernachlässigen. Von grossem Einfluss war seine Neuausgabe des Neuen Testaments im griech. Urtext und gegenübergestelltem lateinischem Text (1516). Erasmus befürwortete eine Reform der Kirche, doch ging ihm Luther zu weit. Seine differenzierte Haltung im Kampf um die „richtige“ Religion schuf ihm Feinde auf beiden Seiten. Von 1521-1529 und während der letzten zwei Lebensjahre lebte Erasmus in Basel.

Maturinus Corderius (Mathurin Cordier), 1479–1564 in Genf, lebte und lehrte seit 1538 in der Westschweiz, Lehrer in Neuchâtel und Lausanne. Er war Lehrer und Freund des Reformators Calvin (begraben ist er neben ihm). Seine *Colloquia* (4 Bücher mit 228 meist kurzen Nummern) entstanden aus seiner Tätigkeit als Lehrer heraus und waren sehr beliebt wegen des klaren und einfachen Lateins. In der Schweiz und in Deutschland wurden sie bis ins 18. Jhd. gebraucht (J.S. Bach unterrichtete auch Latein und benutzte sie.), in Frankreich und England gar bis Ende des 19. Jhds. Sogar in Nordamerika erschien im 19. Jhd. eine Fassung der *Colloquia*.

Olympia Fulvia Morata, 1526–1555 aus Ferrara. Ihr Vater, Erzieher der Söhne des Herzogs von Ferrara und Anhänger der Reformation (Calvin), hatte seine Tochter schon früh Latein gelehrt und sie mit der antiken Literatur vertraut gemacht. 1540 wurde sie Studiengefährtin der Prinzessin. Johann Sinapius und sein Bruder Kilian Sinapius erteilten ihnen Unterricht. Olympia erwies sich als äusserst begabt, souverän beherrschte sie schon bald beide alten Sprachen. 1549 heiratete sie den deutschen Gelehrten Andreas Grundler und zog mit ihm nach Deutschland. Olympia war weiterhin wissenschaftlich und literarisch tätig und korrespondierte mit den alten Freunden. 1554 wurde Grundler nach Heidelberg berufen, Geplant war, Olympia als Lehrerin für Griechisch an die dortige Universität zu berufen; diese Professur konnte sie jedoch nicht antreten, weil sie schwer krank war. Am 29. Oktober 1555 starb sie, wenig später starb auch ihr Mann.

Johann Froben, ca. 1460–26.10.1526. Er begann 1491 in Basel zu drucken und gehörte in den Jahren 1515-1520 zu den bedeutendsten Druckern im deutschen Sprachbereich. Sein Sohn führte die Druckerei weiter.

Bonifacius Amerbach, 1495–1562: Sein Vater Johann (1430-1513) arbeitete seit etwa 1470 als selbständiger Drucker in Basel. Nach Studien in Basel, Freiburg und Avignon war Bonifacius Professor für römisches Recht in Basel. Er war befreundet mit dem Maler Hans Holbein d.J. und begann sein Haus mit Kunstgegenständen auszustatten. Sein Sohn Basilius baute die Sammlung weiter aus, die 1662 von der Stadt und der Universität Basel gekauft wurde. Sie bildet als „Amerbachsches Kunstkabinett“ den Grundstock des Kunstmuseums Basel.

Thomas Platter, geb. 1499 (im Wallis) – 26. Jan. 1582. Nach einer harten Jugend als Ziegenhirte folgten abenteuerliche Wanderungen durch Europa (bis Polen). Platter hatte einen unbändigen Bildungshunger. Als er Seilergeselle in Basel war, trug er, wenn er „dem Handwerk nachging, den Homerum mit sich“. Später war er Drucker (Calvin), und von 1544-1578 leitete er die städtische Lateinschule.

Felix Platter, 1536–1614; studierte in Basel und Montpellier Medizin, seit 1571 Professor und Stadtarzt in Basel. Er führte in Basel das Sezieren in die Ausbildung der Ärzte ein und erforschte die Pest.